



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623


Medit. 34. De Muliere quæ B.V. collaudauit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)

Tertiò, iucūdā tractationē, qua hōspites sūt recipiēdi, significatā oleo, quo caput inungitur.

6. Hoc Magdalenaē factō, vt quod tanta existens peccatrix misericordiam consecuta sit, & non solum peccata ei condonata sint, sed etiam ad tantam sanctitatis perfectionem ascenderit, vt aequata sit Apostolis, Deus indicare voluit, nullum peccatorem quantumuis maximum debere desperare, cum fieri possit, si sibi deesse nolit, vt multos alios sanctos, non aquet solum, sed etiam superet. Contra pij & sancti non debent nimium sibi confidere, quia si segnes sint, fieri potest, vt publicani & meretrices eos pręueniāt ad regnū cęlorū.

7. Magdalenam licet peccatricem non puidit quærere Christum in domo Pharisei, & in præsentia omnium conuiuarum se humiliare & ad pedes eius lachrymari: sic nos, quando lapsi sumus in aliquod peccatum, pudere non debet, medicum spirituales adire, & nostra errata ei aperire, multo verò minus, propter hominem dicta, opera satisfactoria pro peccatis, negligere: nam si homines calumniantur, laudabimur cum Magdalena à Christo, & in omnium Angelorum præsentia aliquando in cęlo ab eodem honorati imur.



MEDITATIO XXXIV.
DE MULIERE QUAE

B. VIRG. COLLAUDAUIT.

PVNCTA MEDITATIONIS.

Matt.

12.

Marc. 3,

Luc. 11.

*I. Christo concionante, extollens mulier
vocem dixit: BEATVS VENTER,
qui te portauit & vbera &c.*

II. Cui

MEDITATIONVM. 1.

II. Cui Christus, immo beati, qui audiunt
verbum Dei & custodiunt illud.

III. Alteri nuncianti matrē ac fratres
velle ei loqui, respondit: Ecce mater
mea, & fratres mei: quicumq; enim
fecerit voluntatem patris, ille meus
frater, soror, & mater est.

PROPHEZIA.

Auris audiens beatificat me, & oculus Iob. 29.
videns testimonium reddebat mihi.

DOCUMENTA.

1. **C**hristus vocat beatos, qui audiunt &
custodiunt verbum Dei, vt intelliga-
mus, vt simus beati, non satis esse au-
dire verbum Dei, hoc est, credere, nisi opere
quoque præstemus. Sicut & Christus non vo-
cavit fratres suos, vel matrem suam eos, qui
tantum sciunt, sed qui etiam faciunt volun-
tatem patris sui.

2. Hæc mulier, interea dum Scribæ & Phari-
sæi tentant & criminantur CHRISTVM,
remoto omni timore elata voce in presen-
tia omnium incipit eum laudare, ad con-
fusionem multorum Christianorum, qui dum
audiunt blasphemijs lædi nomen Dei, magna-
que iniuria & cõtumelia affici, ne os quidem
aperire audent, sed transeunt atque si ad eos
non pertineret diuini nominis patrocinium.

3. Euangelium ait, Matrem & fratres Chri-
sti stetisse foris, ad significandum homines Ec-
clesiasticos & religiosos debere efficere, vt eo-
rum parentes & cognati stent foris, hoc est
ab iis

ab ijs, quantum fieri potest, remoti, si non loco, saltem corde, quātum ad affectum carnis. Solet enim dāmon maxime Prælatis procurate magnam cognatorum turbam, vt nimio affectu, quo erga illos feruntur, eorum sanctitatem obscuret, & auxillum, fructumq; animarum impediat.

4. Christus monitus, matrem & fratres exposcere suum alloquium, non tamen prædicationem suam interrumpit, vel omisit; præbens nobis exemplum, vt in bonis operibus inchoatis perseueremus, nec aliquo respectu hominum vel temporalis commodi prætermittamus: Frustra enim incipit aliquis ieiunare, orationi se dare, viuere pie, vel seruire Deo in statu religioso, si postea acquiescens mundi carnisque suggestionibus, respiciat retro, & sanctam vitam inchoatam deserat: cum dixerit Dominus, eum qui manum miserit ad aratrum, & respexerit retro, non esse aptum regno Dei.

5. Christus vocauit fratres suos, & matrem, qui faciunt voluntatem Patris sui, vt nos doceret, non esse ex solo timore pœnae vel spe præmi seruiendum Deo more mercenariorum, sed amore filiali, velut mater seruit filio, & frater fratri.

6. Christus declarauit se pluris facere illos, qui spiritu sibi coniuncti erant, quàm proprios parentes secundum carnem; vt intelligamus, neminem debere nimium confidere in sanctitate suorum parentum, si ipse bonus non sit, & voluntatem diuinam præstare negligat; potest enim fieri vt parentes sint magni Sancti in caelo, ipse vero detrudatur in infernum.

7. Ex hoc Christi facto discimus res spirituales anteponendas temporalibus, sic, vt neque

que propter parentes vel cognatos, vel alia de causa præmittamus, quod iudicamus ad cultum Dei & animæ nostræ salutem pertinere. Vnde quoque haurimus, quanta reprehensione digni sint ecclesiastici & religiosi, qui dum vacant orationi, vel diuinum officium recitant, illud ex quauis leui causa interrumpunt, vel imperfectum relinquunt.



MEDITATIO XXXV.

DE NAZARENIS CHRISTI

STVM PRÆCIPITARE DE MONTE
volentibus.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Veniens in patriam Nazareth ac synagogam Sabbatho ingressus, legit ex *Matt. 13*
Marc. 6.
Isaia c. 6. Spiritus Domini super me, *Luc. 4.*
propterea vnxit me, & misit me Euangelizare. &c.

II. Dicente autem ipso: Hodie impleta est hac scriptura, & docete populum, mirabantur, vnde hanc doctrinam haberet; adeo vt nullum miraculū faceret dicens: Nemo propheta sine honore nisi in patria sua &c.

III. Quo audito, ira repleti, eiecerunt eum extra ciuitatē ducentes ad superciliū mōtis, vt præcipitarēt eū &c.

FIGV.